



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum omnia alia peccata primi parentis, vel etiam aliorum parentum,
per originem in posteros deriuentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

liter in semine accipiendum est concomitanter, & non principaliter. In semine namque est uirtualiter natura humana, quam concomitatur culpa originalis: ita quod non oportet aliquam intentionalem qualitatem in semine fingere, qua productionem sit culpa. Hoc enim nec somniauit author, cum culpa nihil entitatis sit, & concomitanter fiat, & sufficienter sit semen de cetero à natura destituta iustitia originali. Verba autem authoris in quaestione de Malo, quaestione quarta, articulo primo ad notum, non significant oppositum: sed quod priuatio iustitiae originalis in semine illo modo quo in semine saluatur, ex defectu spectat ad genus moris uirtualiter, non quia est actus moralis, sed quia tendit ad morale peccatum: & sic ista priuatio est quaedam intentio mali moralis, & malum morale est in ea intentionaliter, sicut color in aere, & anima in semine. Et tenet similitudo quo ad hoc, quia intentio ordinatur ad illud, cuius dicitur intentio, non quo ad effectum postiuum, cum hoc de priuatione dici non possit, etiam si fingendi detur licentia.

¶ Et haec de ista materia dicta sufficiant: quoniam euacuant omnes difficultates necessarias.

membra est aliquid ipsius hominis, propter quod uocatur peccatum humanum: ita peccatum originale non est peccatum huius personae, nisi in quantum haec persona recipit naturam à primo parente: unde & uocatur peccatum naturae, secundum illud Eph. 2. Eramus natura filii ire.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod filius dicitur non portare peccatum patris, quia non punitur pro peccato patris, nisi sit particeps culpe: & sic est in proposito. deriuatur. n. per originem culpa à patre in filium, sicut & peccatum actuale per imitationem.

AD SECUNDUM dicendum, quod etsi anima non traducatur, quia uirtus seminis non potest causare animam rationalem, mouet tamen ad ipsam dispositiue: unde per uirtutem seminis traducitur humana natura à parente in prolem, & simul cum natura naturae infectio. Ex hoc. n. fit ista q

traduceretur, ex hoc ipso quod infectio animae proles non esset in eius uoluntate, amitteret rationem culpa obligantis ad poenam, quia ut Philosophus dicit in tertio Ethicorum, Nullus improberabit caeco nato, sed magis miserabitur. Et ideo alia uia procedendum est dicendo, quod omnes homines qui nascuntur ex Adam, possunt considerari ut unus homo, in quantum conueniunt in natura, quam à primo parente accipiunt, secundum quod in ciuibus omnes homines, qui sunt uicini communitatis, reputantur quasi unum corpus, & tota communitas quasi unus homo. sicut etiam * Porphyrius dicit, quod participatione speciei plures homines sunt unus homo. Sic igitur multi homines ex Adam deriuati, sunt tanquam multa membra unius corporis: actus autem unius membri corporalis, puta manus, non est uoluntarius uoluntate ipsius manus, sed uoluntate anime, quae primo mouet membra. Unde homicidium, quod manus committit, non imputatur manus ad peccatum, si consideraretur manus secundum se ut diuisa corpore: sed imputatur ei in quantum est aliquid hominis, quod mouet à primo principio motiui hominis. Sic igitur inordinatio, quae est in isto homine ex Adam generato, non est uoluntaria uoluntate ipsius, sed uoluntate primi parentis, qui mouet motionem generationis omnes, qui ex eius origine deriuantur, sicut uoluntas anime mouet omnia membra ad actum. unde peccatum, quod sic à primo parente in posteros deriuatur, dicitur originale: sicut peccatum quod ab anima deriuatur, ad membra corporis, dicitur actuale: & sicut peccatum actuale quod per membrum aliquod committitur, non est peccatum illius membri, nisi in quantum illud

nascitur, confors culpe primi parentis, quod naturam ab eo sortitur per quandam generationis rationem.

AD TERTIUM dicendum, quod etsi culpa actu in semine, est tamen ibi uirtute humana re, quam concomitatur talis culpa.

AD QUARTUM dicendum, quod semen est principium generationis, quae est proprius actus naturae animae per semem, quam per carnem iam perfectam quae iam determinata est ad personam.

AD QUINTUM dicendum, quod illud quod originem, non est increpabile, si consideretur ut nascitur secundum: se sed si consideretur prout fertur ad aliquod principium, sic potest esse increpabile, sicut aliquis qui nascitur, patitur ignominiam generis ex culpa alicuius progenitorum cauata.

ARTICVLVS II.

Utrum etiam alia peccata primi parentis, uel proximorum parentum traducantur in posteros.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod etiam alia peccata uel ipsius primi parentis uel proximorum parentum traducantur in posteros. Pana enim nunquam debetur nisi culpe: sicut liqui puniuntur iudicio diuino pro peccato proximorum parentum, secundum illud Exod. 20. Esum Deus zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem. In iudicium humano in crimine laese maiestatis filii reddantur pro peccato parentum. ergo etiam in proximorum parentum transit ad posteros.

¶ 2. Præter Magis potest transferre in alterum id quod habet aliquis a seipso, quam id quod habet ex alio: sicut ignis magis potest calefacere, quam aqua calida: sed homo transfert in prolem per originem peccatum quod habet ab Adam. ergo multo magis peccatum quod ipse commisit.

¶ 3. Præter. Ideo contrahimus a primo parente naturam originale, quia in eo fuimus sicut in principio naturae, quam ipse corrupit: sed similiter fuimus in proximis parentibus, sicut in quibusdam naturae principis, quae etsi sit corrupta, potest adhuc magis corrumpi per peccatum, secundum illud Apoc. 17. Qui in iordibus est, sordescat adhuc. ergo filii contrahunt peccata proximorum parentum per originem, sicut & primi parentis.

SED CONTRA. Bonum est magis diffusiuum quam malum: sed merita proximorum parentum non traducuntur ad posteros. ergo multo magis peccata.

RESPON. Dicendum, quod * Augustinus in quaestione mouet in Enchir. & insolutam rationem. Sed si aliquis diligenter attendit, impossibile est aliqua peccata proximorum parentum, uel etiam primi parentis præter primum, per originem traducantur. Cuius ratio est, quia homo generatur in specie, non autem secundum indiuiduum. & ea quae directe pertinent ad indiuiduum, sicut peccata naturales actus, & quae ad eos pertinent, non traducuntur a parentibus in filios. Non. n. Grammaticus traducit in filium scientiam grammaticam, quam proprio studio acquisiuit: sed ea quae pertinent ad naturam speciei, traducuntur a parentibus in filios, nisi sit defectus naturae, sicut oculatus generat oculatum, nisi natura deficiat: & si natura sit fortis, et aliqua accidentia indiuidua propagantur in filios, principia ad diffundendam naturam.

Cap. 5. to. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

In predica ea. de specie a medio illius tom. 5.

natura, sicut uelocitas corporis, bonitas ingenii, & alia huiusmodi, nullo autem modo ea quae sunt pure personalia, ut * dictum est. Sicut autem ad personam pertinet aliquid secundum seipsam, & aliquid ex dono gratiae, ita etiam ad naturam potest aliquid pertinere secundum seipsam, scilicet quod cauatur ex principis eius, & aliquid ex dono gratiae: & hoc modo iustitia originalis, sicut in primo dictum est, erat quoddam donum gratiae toti humanae naturae diuinitus collatum in primo parente, quod quidem primus homo amisit per primum peccatum. unde sic illa originalis iustitia traducta fuisset in posteros simul cum natura, ita etiam inordinatio opposita. Sed alia peccata actualia uel primi parentis, uel aliorum non corrumpunt naturam, quantum ad id quod nature est, sed solum quantum ad id quod personae est, id est secundum pronitatem ad actum, unde alia peccata non traducuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod poena spirituali, sicut * Augustinus dicit in epistola ad Auitum, nunquam puniuntur filii pro parentibus, nisi communicent in culpa, uel per originem, uel per imitationem, quia omnes animae immediate sunt Dei, ut dicitur Ezech. 18. Sed poena corporali interdum iudicio diuino, uel humano puniuntur filii pro parentibus, in quantum filius est aliquid patris secundum corpus.

AD SECVDVM Dicendum, quod illud quod habet aliquis ex se, magis potest traducere, dummodo sit traducibile, sed peccata actualia proximorum perentum non sunt traducibilia, quia sunt pure personalia, ut * dictum est.

AD TERTIVM Dicendum, quod primum peccatum corrumpit naturam humanam corruptione ad naturam pertinente: alia uero peccata corrumpunt eam corruptione pertinente ad solam personam.

¶ Super questionis 81. articulum tertium.

ARTICVLVS III.

Utrum peccatum primi parentis transeat per originem in omnes homines.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum primi parentis non transeat per originem in omnes homines. Mors enim est poena consequens originale peccatum: sed non omnes procedunt seminaliter ex Adam, moriuntur illi enim, qui uiui reperiuntur in aduentum Domini, nunquam moriuntur, ut uidetur per hoc quod dicitur i. Thesal. 4. Nos qui uiuimus, non preueniemus in aduentum Domini eos qui dormierunt, ergo illi non contrahunt originale peccatum.

¶ 2. Praet. Nullus dat alteri quod ipse non habet; sed homo baptizatus non habet peccatum originale, ergo non traducit ipsum in prolem.

¶ 3. Praet. Donum Christi est maius; quam peccatum Adae, ut Apostolus dicit Rom. 5. Sed donum Christi non transit in omnes homines: ergo nec peccatum Adae.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit Ro. 5. Mors in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

RESPON. Dicendum, quod secundum fidem catholicam firmum tenendum, quod omnes homines, praeter solum Christum, ex Adam deriuati, peccatum originale ex Adam contrahunt: alioquin non omnes indigerent redemptione, quae est per Christum, quod est erroneum. Ratio autem sumi potest ex hoc, quod * supra dictum est, scilicet quod sic ex peccato primi parentis traducitur culpa originalis in posteros, sicut a uoluntate animae per motionem membrorum, traducitur peccatum actuale ad membra corporis. Manifestum est autem quod d peccatum actuale traduci potest ad omnia membra, quae nata sunt moueri a uoluntate. unde & culpa originalis traducitur ad omnes illos, qui mouentur ab Adam motione generationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod probabilius, & conuenientius tenetur, quod omnes illi, qui in aduentu Domini reperiuntur, moriuntur, & post modicum resurgunt, ut in tertio plenius dicitur. Si tamen hoc uerum sit, quod alii dicunt, quod illi nunquam moriuntur, sicut Hieronymus narrat diuersorum opiniones in quadam epistola ad Minerium, de Resurrectione carnis, dicens illud est ad argumentum, quod illi etsi non moriuntur, est tamen in eis reatus mortis; sed poena aufertur a Deo, qui etiam peccatorum actualium poenas condonare potest.

AD SECVDVM dicendum, quod peccatum originale per baptismum aufertur reatu, in quantum anima recuperat gratiam quantum ad mentem: remanet tamen peccatum originale actu quantum ad fomitem, qui est inordinatio partium inferiorum anime, & ipsius corporis, secundum quod homo generat, & non secundum mentem: & ideo baptizati traducunt peccatum originale. Non enim parentes generant in quantum sunt renouati per baptismum, sed in quantum retinent adhuc aliquid de uetustate primi peccati.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut peccatum Adae traducitur in omnes, qui ab Adam corporaliter generantur; ita gratia Christi traducitur in omnes, qui ab eo spiritualiter generantur per fidem, & baptismum: & non solum ad remouendam culpam primi parentis, sed etiam ad remouendum peccata actualia, & ad introducendum in gloriam.

Prima Secundae S. Thomae.

liter, an diuina dispensatione aliquis non moriatur: ita non spectat ad fidem, an aliquis ex speciali prerogatiua gratiae non incurrat actualiter originale peccatum: de utroque enim simul, inquit Apollolus ad Romanos quinto. Per unum hominem peccatum introiit in mundum, & per peccatum mors. Est igitur necessarium secundum catholicam fidem credere, quod omnis utriusque sexus ab Adam secundum rationem feminalem proneniens, ex ipsa sua generatione sit obnoxius peccato originali. & contra Pelagianos dicentes oppositum, Aug. diffinit, & diffinit. De solo autem Iesu Christo uerum est, quod ex ipsa generatione nulli obnoxius est peccato: iuxta uerbum Angeli ad beatam Virginem ante filii conceptionem, quae uocatur natiuitas in utero, dicens, Quod ex te nascetur, sanctum. & iuxta hunc sensum militat ratio authoris scilicet quia aliter non indigerent redemptione, quae per Iesum Christum facta est. Si enim peccatum originale uel in actu, uel in necessitate habendi illud, quis non incurreret, non egeret redemptione, quod haereticum esset dicere: sed si omnes obnoxii sunt peccato originali, sufficit ad indigentiam redemptionis. Neque enim solum redemptione eget actualiter captiuus, sed etiam obnoxius captiuitati. Et haec bene notabis tu Thomista, ne nimio zelo, non secundum scientiam, accensus, quae erronea non sunt, cum de beatissimae Virginis conceptione disputas, aut praedicas. Secundum notandum est, quod licet, ut dictum est, ad fidem non spectet, tanquam necessarium credendum, utrum aliquis actualiter non habuerit ex speciali gratia

Art. huius quaeit.

Incipit haec epistola in ipso professione & c. to. 3.

Z z ori